



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Medvlla Theologiæ Moralis**

**Busenbaum, Hermann**

**Monasterii Westphaliæ**

Dub. III. An satisfaciat præcepto, qui faciens opus expreßè intendit per  
illud non satisfacere?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40957**

volunt, necesse est, ut postea intelligens esse diem festum, velittur satisfacere per Missam auditam, quia implevit substantiam actus præcepti. S.Tho. Hen. Fill. t. 4. c. 7. q. 7.

II. Is votum, juramentum, & pœnitentiam sacramentalem verè implet, qui opera promissa, vel injuncta exequitur, et si non habeat intentionem implendi; modò ramen non applicet ea pro alia re. Ratio, quia vota, &c. sunt leges quasi particulares, quas homo sibi, vel akeri imponit; unde tantum obligant ad substantiam actus. Suar. A. Loff. Lay. n. 6.

### DUBIUM III.

*An satisfaciat præcepto, qui faciens opus, expreſſe intendit per illud non satisfacere.*

Resp. Satisfacit. Ita Suar. Val. Vaug. I.c. & Loff. l. 2. cap. 7. dub. 10, contra Navar. Azor. &c. Ratio est, quia præcepta tantum obligant ad substantiam operis injuncti; ergo illa posita, non est in potestate operantis, ut non satisfaciat. Nec refert 1. quod actus non operentur ultra intentionem agentis; quia id intelligitur, quando est in potestate operantis, v. g. satisfacere vel non. Nec 2. quod, qui debet alteri centum, non satisfaciat obligationi, si liberali donatione det ducentos. Nec 3. quod voto obligatus ad retinendum rosarium, si recitet animo non implendi, non satisfaciat. Ratio, quia hæ & similes obligationes proveniunt ex voluntate promitteris, qui sicut ab initio debitorem se liberè

con-

constituit, sic in debito liberè permanere potest: obligatio autem parendi legi, provenit ex voluntate legislatoris, ideoque non extenditur ultra ejus intentionem, & voluntatem, nempè ultra substantiam operis præcepti. *Kön. n. 309. v. Less. l.c. & Lay. hic.* Unde resolvuntur sequentes Casus.

I. Sacerdos, qui legit Horas non ea de devotione, quā voluit, ideoque proposuit ad satisfaciendum præcepto repetere, et si deinde non repeatat, satisfecit tamen præcepto. *Suar. Kön. Card. de Lugo, &c.*

II. Audiens sacrum die festo, quod scit esse ultimum, (vel, si non sit ultimum, intendens non audire aliud) licet intenderit non satisfacere, verè tamen satisfecit præcepto de audienda Mis-  
sa, et si peccarit contra aliud præceptum, quo quis tenetur esse subditus legislatori. *Cardin. de Lugo l.c.*

III. Is, qui sacrum audivit die festo, legit Ho-  
ras Canonicas, absolvit poenitentiam sacramen-  
talem, cùm animo non satisfaciendi, non tenetur  
postea mutare voluntatem, ut velit per præcedens  
opus satisfisse; quia verè satisfecit, *Sancb. Salas,*  
*d. 9. n. 33. Cardin. de Lugo de Euch. di. 22. f. 1. n. 21.*  
contra *Suar.*

## DUBIUM IV.

*An ad impletionem præceptorum requiri-  
tur intentio, seu voluntas faciendi id,  
quod præceptum est?*

¶ 5

Resp.